UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum omnis delectatio sit mala.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

Ad tertivm dicendum, quòd vſus rationis requirit debitum vſum imaginationis, & aliarum virium ſenſitiuarum, quæ vtuntur organo corporali: & ideo ex trãſmutatione corporali vſus rationis impeditur, impedito actu virtutis imaginatiuæ, & aliarum ſenſitiuarum.

Articvlvs IIII.

Vtrum delectatio perficiat operationem.

Inf. q. 34. ar. 4. ad tertiũ. & q. 40. art. 8. cor. Et 4. di. 17. q. 1. ad 3. Et ueri. q. 26. artic. 10. cor. & ad 2. *ar. præced. Iiq. 7. Eth. c. 12. & 13. & li. 10. c. 6. & 3. & 4. tom. 5.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd delectatio non perficiat operationem. Omnis enim humana operatio ab vſu rationis dependet: ſed delectatio impedit vſum rationis, vt dictũ eſt: * ergo delectatio non perficit, ſed debilitat operationem humanam:

¶ 2 Præt. Nihil eſt perfectiuum ſuijpſius, vel ſuæ cauſæ: ſed delectatio eſt operatio, vt dicitur in ſeptimo, & decimo Ethic. † quod oportet, vt intelligatur vel eſſentialiter, vel cauſaliter: ergo delectatio non perficit operationem.

art. præced.

¶ 3 Pręt. Si delectatio perficit operationem, aut perficit ipſam ſicut finis, aut ſicut forma, au t ſicut agẽs: ſed non ſicut finis, quia operationes non quærũtur propter delectationem, ſed magis econuerſo, vt ſupra dictum eſt: * nec iterum per modum efficientis, quia magis operatio eſt cauſa efficiens delectationis: nec iterum ſicut forma: non enim perficit delectatio operationem, vt habitus quidam, ſecundum Philoſophum in decimo Ethicor. * delectatio ergo non perficit operationem.

Li. 10. Eth. c. 4. poſt med. illius to. 5.

Sed contra eſt, quod dicitur ibidem, quod delectatio operationem perficit.

Respon. Dicendum, quòd delectatio dupliciter operationem perficit. Vno modo per modum finis, non quidem ſecundum quod finis dicitur id, propter quod aliquid eſt, ſed ſecundum quod omne bonum completiue ſuperueniens, poteſt dici finis, & ſecundum hoc dicit Philoſoph. in decimo Ethicor. * quòd delectatio perficit operationem, ſicut quidam ſuperueniens finis, inquãtum ſcilicet ſuper hoc bonum, quod eſt operatio, ſuperuenit aliud bonum quod eſt delectatio, quæ importat quietationem appetitus in bono præſuppoſito. Secundo modo, ex parte cauſæ agentis, non quidem directe: quia Philoſophus dicit in decimo Ethicor. * quòd perficit operationem delectatio, non ſicut medicus ſanum, ſed ſicut ſanitas: indirecte autem, inquantum ſcilicet agens, quia delectatur in ſua actione, vehementius attendit ad ipſam, & diligentius eam operatur, & ſecundum hoc dicitur in decimo Ethico. * quòd delectationes adaugent proprias operationes, & impediunt extraneas.

Li. 10. Eth. c. 4. poſt med. illius to. 5. Eod. li. & c. nunc citat. Li. 10. Eth. c. 5. parũ ante med. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd non omnis delectatio impedit actum rationis, ſed delectatio corporalis, quæ non conſequitur actum rationis, ſed actum concupiſcibilis, qui per delectationem augetur: delectatio autem, quæ conſequitur actum rationis, fortificat rationis vſum.

Tex. 30. to. 2.

Ad secvndvm dicendum, quòd ſicut dicitur in ſecundo Phyſic. * contingit quòd duo ſibijnuicem ſunt cauſa, ita quòd vnum ſit cauſa efficiens, & aliud cauſa finalis alterius: & per hunc modum operatio cauſat delectationem ſicut cauſa efficiens: delectatio autem perficit operationem per modum finis, vt dictum eſt. *

In corp. art.

Ad tertivm patet reſponſio ex dictis.

A

Qvaestio XXXIIII.

De bonitate, & malitia delectationum, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderãdum eſt de bonitate, & malitia delectationum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum omnis delectatio ſit mala.

¶ Secundò, Dato quòd non, vtrum omnis delectatio ſit bona.

B ¶ Tertiò, Vtrum aliqua delectatio ſit optima.

¶ Quartò, Vtrum delectatio ſit menſura, vel regula, ſecundum quam iudicetur bonum, vel malum in moralibus.

¶ Super quaeſt. trigeſimamquartam.

Omiſſa quæſtione trigeſimatertia, circa quæſtionem trigeſimamquartã aduerte, quòd author poſt tractatum de bonitate & malitia paſſionum in communi, examinare volens bonitatem & malitiam paſſionum in ſpeciali, circa duas tantum paſſiones, ſcilicet delectationem, & triſtitiam, quæſtiones mouet ſingillatim de bonitate & malitia. & ratio eſt: quia ad iſtas terminantur omnes aliæ paſſiones, & ab eis quodammodo regulantur, vt infra habetur.

¶ Super

Articvlvs primvs.

Vtrum omnis delectatio ſit mala.

4. di. 39. q. 3. ar. 4. q. 3. co. Et ueri. q. 15. ar. 4. Et 10. Eth. lc. 1. 2. 3. & 4. *par. 4. non remote a fi.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd omnis delectatio ſit mala. C Illud enim quod corrumpit prudentiam, & impedit rationis vſum, videtur eſſe ſecundũ ſe malum: quia bonum hominis eſt ſecũdum rationem eſſe, vt Diony. dicit in quarto cap. de diui. nomi. * ſed delectatio corrumpit prudentiam, & impedit rationis vſum: & tantò magis, quãtò delectationes ſunt maiores: vnde in delectationibus venereis, quæ ſunt maximæ, impoſſibile eſt aliquid intelligere, vt dicitur in 7. Ethic. † Et Hiero. etiam dicit ſuper Matth. * quòd illo tempore, quo coniugales actus geruntur, præſentia Sancti Spiritus non dabitur, etiã ſi propheta videatur eſſe, qui officio generationis obſequitur: ergo delectatio eſt ſecũdum ſe malum: ergo omnis delectatio mala.

Cap. 11. non procul a fin. *Hier. in ep. de monogamia a med. tom. 1.

D ¶ 2 Præt. Illud quod fugit virtuoſus, & proſequitur aliquis deficiens a virtute, videtur eſſe ſecundum ſe malum & fugiendum: quia, vt dicitur in 10. Ethic. † Virtuoſus eſt quaſi menſura, & regula humanorum actuum. Et Apoſtolus dicit 1. ad Corinth. 2. Spiritualis iudicat omnia: ſed pueri & beſtiæ, in quibus non eſt virtus, proſequuntur delectationes: fugit autem eas temperatus: ergo delectationes ſecũdum ſe ſunt malæ, & fugiendæ.

Ca. 5. paulo ante finem tom. 5.

¶ 3 Præt. Virtus & ars ſunt circa difficile, & bonũ, vt dicitur in 2. Ethic. * ſed nulla ars ordinata eſt ad delectationem: ergo delectatio non eſt aliquid bonum.

Cap. 3. non multum ante fin. to. 5.

Sed contra eſt, qđ in pſal. 36. dicitur: Delectare E in Dño: cùm igitur ad nihil mali authoritas diuina inducat, videtur ꝙ non omnis delectatio ſit mala.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dicitur in decimo Ethic. * aliqui poſuerunt omnes delectationes eſſe malas, cuius ratio videtur fuiſſe: quia intentionem ſuam referebant ad ſolas delectationes ſenſibiles & corporales, quæ ſunt magis manifeſtæ. Nam & in cæteris intelligibilia a ſenſibilibus antiqui Philoſophi non diſtinguebant, nec intellectum a ſenſu, vt dicitur in lib. de Ani. * Delectationes autem corporales arbitrabantur dicendum omnes eſſe malas, ut ſic homines, qui ad delectationes immoderatas ſunt proni, a delectationibus ſe retrahentes, ad medium virtutis perueniãt. Sed hæc exiſtimatio non fuit conueniens: cùm enim nullus poſſit viuere ſine aliqua

Ca. 2. & 3. tomo 5. Lib. 1. text. 150. to. 2.

ſenſibili & corporali delectatione, ſi illi qui docent F
omnes delectationes eſſe malas, deprehendantur a-
liquas delectationes ſuſcipere, magis homines ad de
lectationes erunt procliues exemplo operum, uer-
borum doctrina prætermiſſa. In operationibus .n. &
paſſionibus humanis, in quibus experientia pluri-
mum ualet, magis mouent exempla, q̃ uerba. Dicen
dum eſt ergo, aliquas delectationes eſſe bonas, & ali
quas eſſe malas. Eſt.n. delectatio quies appetitiuæ uir
tutis in aliquo bono amato, & conſequens aliquã
operationem: unde huius ratio duplex accipi pōt.
Vna quidem ex parte boni, in quo aliquis quieſcẽs
delectatur. bonum.n. & malum in moralibus dicit
ſ͠m quod conuenit rationi, uel diſcordat ab ea, ut ſu-
q.19.ar.3. & 5. pra dictum eſt. * Sicut in rebus naturalibus aliquid
dicitur naturale ex eo, ꝙ naturæ conuenit, innatura- G
le uerò ex eo, quòd eſt a natura diſcordans. Sicut igi-
tur in naturalibus eſt quædam quies naturalis, quæ
ſ. eſt ex eo quod conuenit naturæ, ut cum graue quie
ſcit deorſum: & quædam innaturalis, quæ eſt in eo
quod repugnat naturæ, ſicut cum graue quieſcit ſur
ſum: ita & in moralibus eſt quædam delectatio bo-
na, ſ͠m quod appetitus ſuperior, aut inferior requie
ſcit in eo quod conuenit rationi: & quædam mala
ex eo, quod quieſcit in eo quod a ratione diſcordat,
& a lege Dei. Alia ratio accipi poteſt ex parte opera-
tionum, quarum quædam ſunt malæ, & quædã bo-
næ. operationibus autem magis ſunt affines delecta
tiones, quæ ſunt eis coniunctæ, q̃ concupiſcentiæ, q̃
tempore eas præcedunt: unde cùm concupiſcentiæ H
bonarum operationum ſint bonæ, malarum uerò
malæ, multò magis delectationes bonarum opera-
tionum ſunt bonæ, malarum uerò malę.

q.33.art.3. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictũ
eſt,* Delectationes quæ ſunt de actu rationis, nõ im
pediunt rationem, neque corrumpunt prudentiam,
ſed delectationes extraneæ, cuiuſmodi ſunt delecta
q.23.art.3. tiones corporales, quæ quidem rationis uſum impe
diunt, ſicut ſupra dictum eſt,* & per contrarietatem
appetitus qui quieſcit in eo quod repugnat rationi,
& ex hoc habet delectatio, quòd ſit moraliter mala,
357. 378 uel ſ͠m quandam ligationem d rationis, ſicut in con
cubitu coniugali delectatio, quamuis ſit in eo quod I
conuenit rationi, tñ impedit rationis uſum propter
corporalem tranſmutationem adiũctam: ſed ex hoc
D. 858. non conſequitur malitiam d moralem, ſicut nec ſõ
nus quo ligatur uſus rationis, moraliter eſt malus, ſi
ſit ſecundum rõnem receptus, nam & ipſa ratio hoc
habet, ut quandoque rõnis uſus intercipiatur. Dici-
mus tamen quòd huiuſmodi ligamentum rationis
ex delectatione in actu coniugali, etſi nõ habeat ma
litiam moralem, quia nõ eſt peccatum mortale, nec
ueniale, prouenit tamẽ ex quadam morali malitia, ſ.
p.p.q.99.ar.3. ex peccato primi parentis: nam hoc in ſtatu innocẽ
tiæ non erat, ut patet ex his quæ in primo dicta ſũt.*

Ad secundum Dicendum, quòd temperatus
non fugit omnes delectationes: ſed immoderatas, K
& rõni nõ conuenientes. Quòd autem pueri & be-
ſtiæ delectationes proſequantur, non oſtendit eas u-
niuerſaliter eſſe malas. quia in eis eſt naturalis appe-
petitus a Deo, qui mouetur in id quod eſt ei conue-
niens.

Ad tertium Dicendum, quòd non omnis
q.57.ar.3. boni eſt ars: ſed exteriorum factibilium, ut infra dice
tur.* Circa operationes autem & paſſiones quę ſũt
in nobis, magis eſt prudentia & uirtus, quam ars: &
tamen aliqua ars eſt factiua delectationis, ſcilicet pul
c.12. non re mentaria, & pigmentaria, ut dicitur in ſeptimo Ethi
mote à fin. corum.

Articvlvs II.

Vtrum omnis delectatio ſit bona.

Ad Secvndvm ſic proce-
ditur. Vĩ, ꝙ oĩs delectatio ſit
bona. Sicut.n. in primo dictum
eſt, * bonum in tria diuiditur, ſ.
honeſtum, utile, & delectabile:
ſed honeſtum omne eſt bonum,
& ſimiliter omne utile: ergo &
omnis delectatio eſt bona.

¶ 2 Præt. Illud ſecundum ſe eſt
bonum, quod non quæritur pp
aliud, ut dicitur in 1. Ethic. † ſed
delectatio non quæritur pp aliud.
ridiculum.n. uidetur ab aliquo q̃-
rere, quare uult delectari: ergo de
lectatio eſt per ſe bona: ſed quod
per ſe pręsaid de aliquo, uni-
uerſaliter prędicatur de eo: ergo
omnis delectatio eſt bona.

¶ 3 Pręt. Id quod ab omnib. deſi
deratur, uidetur eſſe per ſe bonũ.
nam bonum eſt quod omnia ap-
petunt, ut dicitur in 1. Ethic. * ſed
oẽs appetunt aliquam delectatio-
nem etiam pueri, & beſtiæ. igitur
delectatio eſt ſecundum ſe bonũ.
omnis ergo delectatio eſt bona.

Sed contra eſt, quod di-
citur Prouer. 2. Qui lætantur cùm
malefecerint, & exultant in rebus
peſſimis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut
aliqui Stoicorum poſuerunt oẽs
delectationes eſſe malas, ita Epicu
rei poſuerunt delectationem ſ͠m
ſe eſſe bonam, & per conſequens
delectationes omnes eſſe bonas:
qui ex hoc decepti eſſe uidentur,
ꝙ non diſtinguebant inter id qđ
eſt bonum ſimpliciter, & inter id
qđ eſt bonũ quò ad hũc. ſimplici-
ter quidem bonum eſt, qđ ſecun
dũ ſe bonum eſt. Contingit autẽ
quod nõ eſt ſecundum ſe bonũ,
eſſe huic bonum dupliciter. Vno
modo, quia eſt ei conueniens ſe-
cundum diſpoſitionẽ in qua nũc
eſt, quę tñ non eſt naturalis: ſicut
leproſo bonum eſt quãdoque co
medere aliqua uenenoſa, quę nõ
ſunt ſimpliciter conuenientia cõ
plexioni humanæ. Alio modo,
quia id quod non eſt conueniens, ęſtimatur ut con-
ueniens. Et quia delectatio eſt quies appetitus in
bono, ſi ſit bonum ſimpliciter illud, in quo quie-
ſcit appetitus, erit ſimpliciter delectatio, & ſimpli-
citer bona: ſi autem non ſit bonũ ſimpliciter, ſed
quò ad hunc, tunc nec delectatio eſt ſimpliciter, ſed
huic: nec ſimpliciter eſt bona, ſed bona ſecundum
quid, uel apparens bona.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hone-
ſtum & utile dicuntur ſecundum rationem, & ideo
nihil eſt honeſtum, uel utile, quod non ſit bo-
num. Delectabile autem dicitur, ſecundum
appetitum, qui quandoque in illud tendit,
quòd non eſt conueniens rationi: & ideo non om

¶ *Super quæſt. trigeſimaquarta articulũ ſecundum.*

In 2. ar. 34. q. omiſ-
ſo 1. dubium oc-
currit circa reſpõ
ſionem ad primũ, p
q̃to dicit, ꝙ nihil eſt
utile qđ nõ ſit bonũ:
q̃a aut eſt ſermo de
bonitate naturæ, aut
de bonitate moris.
Si de bonitate natu-
ræ, nulla eſt differen
tia inter utile & dele
ctabile, quia utrunq;
eſt bonũ tali bonita-
te. Si de bonitate mo
rali, tunc falſa quoq;
eſt differentia, quia
multa utilia bona,
ſunt mala moraliter,
utpote ad malũ ducẽ
tia: ſicut multa dele-
ctabilia mala ſũt mo
raliter, mala opera cõ
ſequentia.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ hic
eſt ſermo de bonita-
te morali, & ꝙ bonũ
utile eſt ſecundum ſe
rõni conſonãs. Cũ.n.
dicis bonũ utile, dicis
aliquid cõſonũ rõni,
ſicut cum dicis, paſce
re eſurientem. & in
hoc differt utile a de
lectabili, ut in litera
dicitur, quia utile ſi-
gnificat aliquid con-
ſonum rõni, delecta-
bile uerò cõſonum
appetitui. Bonum aũt
& malum morale cõ
ſtituit ex conſonãtia
& diſſonantia ad rõ-
nem, & nõ ad appeti
tum. Et ideo utile nõ
abſtrahit a bono &
malo morali, ſicut de
lectabile, ſed ẽ bonũ
morale, nec per hoc
ſequit̃ nullũ bonũ u-
tile eẽ malũ morali-
ter, qm̃ ſicut paſcere
eſurientẽ põt eẽ ma-
lum moraliter, ut ſi
fiat propter adulte-
riũ &c. ita multa bo-
na utilia poſſunt ma
la fieri, dum ordina-
rentur ad malum.

¶ *Super*